

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Vicium k cum uariis

Capitalia uicia tanta sibi coniunctione coniunguntur, ut non nisi unum de altero proferatur. Prima namque superbie soboles inanis est gloria quia dum oppressam mentem corruperit, mox inuidiam gignit, quia nimirum dum uani nominis potenciam appetit ne quis hanc alius adipisci ualeat tabescit. Inuidia iram generat quia quanto interno liuoris uulnere animus sauciatur, tanto eciam mansuetudo tranquillitatis amittitur. Ex ira tristitia oritur quia turbata mens quo inordinate se concutit, eo addiciendo confundit. Tristitia ad auariciam deriuatur quia dum confusum cor bonum leticie in semetipso intus amiserit, unde consolari debeat foras querit, et tanto magis exteriora bona adipisci desiderat, quanto gaudium non habet ad quod intrinsicus recurrat.

Gregorius libro XXXI. moralium.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

inanis] in quis C; quia] que P V¹ V² L¹ L²; corruperit] corrumperit P V¹; potenciam] gloriam V² L¹ L², om. P V¹; tabescit. Inuidia iram] tabescit inuidia. Iram P V¹ V² L¹ L²; quanto] quando L²; se] sse (*cor. sub lin.*) B; addiciendo] adiiciendo P V¹ V² L¹ L²; confundit] tisti *add. (del. infra)* M; amiserit] amisit P V¹ V² L¹ L²; debeat] debuerat P V¹ V² L¹ L²; foras] foris (*cor. sub et supra lin.*) B; intrinsicus] intus P V¹ V² L¹ L²; Gregorius libro XXXI. moralium] ibidem L¹ L²; libro XXXI. moralium] ibidem V²